



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 6. Maria Regia Princeps huic fidei confessioni obluctata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. piendi consuetudo prius fuisset retenta,
A.C. 1551. nunc per specialem quemdam articu-
 lum declarabatur, quod hic usus ut-
 pote ceteris magis demissus conservari
 quidem valeat, nequaquam tamen hac
 reverentia panem, & Vinum adorare
 intenderetur, eoquod id manifestam fa-
 peret idolatriam, aliunde vero nul-
 latenus credendum esset, quod vera
 Caro, & verus Christi Sanguis in Eu-
 charistia præsentes sint.

§. VI.

*Maria Regia Princeps huic fidei Con-
fessio obluctata.*

Universum ferme Regnum novam hanc
 fidei professionem nemine obluctan-
 te amplectebatur, sola tamen Maria
 Henrici VIII. & Catharinae Arragonæ
 Filia sese cunctis hisce novitatibus sub-
 mittere recusabat. Evidem spuri E-
 vangelii Præcones importunis etiam
 precibus ab ipsomet Cæsare sollicita-
 bantur, ut huic Principi liberum Reli-
 gionis Romano - Catholicæ exercitium
 concederent, illud tamen eidem tam-
 diu permittere renuebant, donec pro-
 gressu temporis Imperatoris amicitia
 regno maxime necessaria cognoscere
 iacet audiret aitellitur. *ad. 3. 3. tur*
lneiq

tur (*) Carolus enim Cæsar Anglis Sæcul. XVI.
significari fecerat quod a fœdere disces-
furus esset, si Principissam sibi proxime
fanquine junctam usque adeo vilipende-
re præsumerent: quapropter hi resor-
matores, non nisi verbotenus, pollice-
bantur, quod Regiam hanc Filiam in
sua Religione molestare haud velint:
hanc tamen promissionem datis etiam
literis firmare pertinaciter recusabant,
hinc Cæsar eisdem perscripsit, postu-
lans, ut plena Religionem suam profi-
tendi libertas Mariæ concederetur.

A.C. 1551.

§. VII.

*Varvicensis Comitis molimina ad ex-
cludendam Mariam a Regni suc-
cessione.*

Inte-

(*) Benevole Lector! observes velim,
quam subdole Protestantes, omnesque alii Secta-
tores liberum Religionis exercitium, & con-
scientiae libertatem tunc jactitent, quando
de eorum sectæ incremento agitur: ubi vero
Orthodoxam, ac Catholicam fidem, imo quam-
cunque aliam Sectam profitendi libertas urge-
tur, tunc nec ipsius etiam Cæesaris preces præ-
valere & possunt tum piaculum non est, Christia-
nam conscientiæ, ac fidei libertatem violare,
tum inhumana, & diabolica tyrannis audit sa-
crum Inquisitionis tribunal: id tamen risu
dignum est, quod hi Zelosissimi præcones
Religionis suæ Spiritum immutent, quoties-
cunque id ob bonum temporale conducere cen-
tent.

